

A'.

sores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam et servos super terram ipsius commanentes inrationabiliter distringendos nec ullas redhibitiones aut illicitas possessiones requirendas nostris et futuris temporibus ingredi audeat vel ea, quae supra memorata sunt, penitus exigere presumat, sed liceat ipsi abbati suisque successoribus res praedicti monasterii cum omnibus sibi subiectis et rebus vel hominibus ad se iuste aspicientibus vel pertinentibus sub tuitionis atque immunitatis nostrae defensione remota totius iudiciariae potestatis inquietudinae quieto ordine possidere et nostro fideliter parere imperio. Et quandocumque divina vocatione ipse abba vel successores eius obierint, quamdiu ipsi monachi inter se tales invenire potuerint, qui ipsam congregationem secundam^a regulam sancti Benedicti regere valeant^b, per hanc nostram auctoritatem atque consensum et secundum quod in auctoritate progenitorum nostrorum^c continetur, licentiam habeant eligendi abbatem, quatenus monachi ibidem deo famulantes pro nobis et stabilitate regni nostri domini misericordiam iugiter exorare debeant^d. Statuimus etiam ut annuatim inde dona nostrae serenitati veniant sicut de ceteris monasteriis, id est cavalli duo cum scutis et lanceis. Haec vero

A.

homines ipsius monasterii * super terram eius commanentes inrationabiliter distringendos nec ullas redhibitiones * requirendas nostris et futuris temporibus ingredi audeat vel * penitus exigere presumat; sed liceat ipsi abbati suisque successoribus res praedicti monasterii cum omnibus sibi subiectis * sub tuitionis atque immunitatis nostrae defensione * quieto^a ordine possidere et nostro fideliter parere imperio. Et quandocumque * ipse abba vel successores eius obierint, quamdiu ipsi monachi inter se tales invenire potuerint, qui ipsam congregationem regulariter regere valeant, per hanc nostram auctoritatem atque consensum * licentiam habeant eligendi abbatem, quatenus monachi ibidem deo famulantes pro nobis et stabilitate regni nostri domini misericordiam iugiter exorare debeant. * Haec vero auctoritas

a) so A'. b) 'al' von gleicher Hand auf Rasur. c) von gleicher Hand aus 'progenitoris nostri' corr. d) 'deb' von gleicher Hand auf starker Rasur.

a) 'e' von gleicher Hand über der Zeile nachgetragen.